

- 79 31
- 48 CAP. IV. & ULT. DE JURE PRINCIP. IN QUÆSTUM MERETR.
- 3 que damnum Reipubl. dare possint. Quod fiet, si numerum meretricum coarctaverit: si nullum iis honorem tribuerit, quod alias Indi & Bengalenses cum primis faciunt, teste *Waltb. Schulken in der Ost-Indischen Reisebeschreibung. pag. 117.* sed summa potius infamia eas notaverit: si omnem iis licentiam in publicum prode-
- 4 undi evagandique ademerit: si duriter eas tractaverit: si sedulo quoque caverit, ne morbo quopiam contagioso inficiantur, vel infectæ sui copiam aliis faciant, ut fit in Hispania, secundum relationem *Job. Makels. l. sup. cit. cap. 21. p. 146.* Die Merkte sind verbunden/ sie von Zeit zu Zeit zu besichtigen/ umb zu erfahren/ ob sie rein seyn von derjenigen verfluchten Krankheit/ welche man in diesem schönen Handwercke / so sie treiben/ an sich ziehet/ &c.
- 5 Si nullum denique iisdem quæstum reliquerit, sed omnem, quem à scortatoribus exigere potest maximum, sibi & fisco suo addixerit, cui alia scelere quæsitâ jure debentur *L. 9. in f. ff. de J. fise. meretricibus* inde non nisi necessariis alimentis subministratis. Hac ratione enim & parvus erit vitam ejusmodi profitentium numerus:
- 6 & multi à scortationibus vagis sibi temperare discent. Inde quoque patet, quod vectigal illud à meretricibus pendi nonnullis in locis solitum, quodque nostratibus *Misch-Zins* oder *Huren-Zoll* vocatur, nulla sorditie aut turpitudine laboret, secus ac sentiunt *Bodin. de Rep. l. 6. cap. 2. pag. 1024. Lather. de Cens. l. 1. c. 5. num. 21. seq. P. Greg. Tholos. de Rep. l. 3. cap. 6. J. Valentb. Wintb. in Partb. lit. libr. 1. cap. 14. num. 12. Klock. de Aer. l. 2. cap. 146. num. 6. seqq.* Modo bona intentione ac fine imponatur impositumque exigatur, *vid. Excell. Dn. D. Becm. Med. Pol. diff. 20. S. 6. p. 338.* Quale vectigal hodiernum exigitur à Persis, *Olear. l. cit.* à Bengalensium Prætoribus, quos *Coutewal* vocant, *Waltb. Schulz l. all. & Romæ à Pontificibus, Wintb. d. l. Lansf. or. cont. Ital. pag. 839. Klock. d. l.* Omnibus enim modis libido si non exterminanda, faltem coërcenda venit; quia hi demum penates, ea civitas, id regnum æterno in gradu facile stabit, ubi minimum virium Veneris libido sibi vindicabit.

S. D. G.